



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

Quarto de sacr[ament]o p[oe]n[itent]ie[a]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De eucharistie sacra. fo. xxx

Impositioez pacitū recepit. nec robore spūs indiguit. quia plenitudo
dinē habuit. et etiā p̄dicare nō debuit. Igitur confirmata nō fuit

¶ Tercio de sacramēto altaris vtz beata virgo sub sacramēto
illo dominicū corp⁹ acceperit. Similiter et gratiā q̄ p̄ illud
cōfertur sacramentum. Et videt q̄ sic. nam dñs in Johāne dicit. Nisi
māducaueritis carnē filij hominis et Igitur omnes fideles in ecclia
tēpore determinato tenetur cōmunicare. igit̄ beatissima virgo si non
cōmunicaret scādalizaret. s; nō scādalizauit. igit̄ cōmunicauit. Itē

hoc ē sacramentū amoris. igitur ip̄m maxime debuit suscipere que fuit
summa in amore. Quod si cederat. **Contra** hoc sacramētū p̄pter tria
ē institutū s; p̄pter caritatē augmētū i remissionē venialium et in cau
telam mortaliū peccatorū. Et vt signū passionis rememoret. s; p̄pter
istorū nullū cōmunicare debuit beata virgo. nā augmēto charitatē
non indiguit. q; charitate plena fuit. remissionē nō indiguit vel cau
tela. q; nunq̄ peccauit vel peccare potuit. signo sensibili rememora
tūo non indiguit que xp̄i formis fm sensum et deiformis fm intel
lectum fuit. Item dici non poterit q; p̄pter humiliationē illud sacra
mentum suscipere cum nō sit humiliatio dominū in cibum recipere
s; magis dignatio sua imētia q; ip̄e dignat̄ nos seip̄o cibare. Et ita vi
det q; beata h̄go neq; rōne hūilitatē nec vtilit̄ debuit accipere eucharistiā

¶ Quarto de sacramento p̄nie vtrum p̄ illud aliquā gratiam
recepit beata virgo. Et videtur q; nō. quia penitētia est scda
tabula post naufragiū. quia si quis vestem innocētie in baptismo p̄
ceptā corrumperet p̄ penitētiā reparare poterit. sed beata virgo nūq̄
naufragauit p̄ peccatū actuale. igit̄ nūq̄ fuit cōfessa aut cōtrita. s; sine
cōtritione nō ē gratia p̄ sacramētū penitētie. igit̄ beata virgo nō susce
pit gratiā p̄ sacramētū penitētie. Itē cōfessio ē ficta sine cōtritione
hic autē nō fuit cōtritio. igit̄ nec cōfessio. Itē vtrūq; ē de pctō. hic autē
nullū pctm. igit̄ nec cōfessio nec cōtritio nec p̄nia fuit. S; cōfessio
fuit i lege noua et veteri. igit̄ oēs tenēt cōfiteri. Itē beatissima h̄go se
cit cōfessionē opis suādo cōfessionē offerēdo oblatōez statutā p̄ pu
nificādis. igit̄ debuit cōfessionē facere oris. Itē p̄niaz agite glo. infra
Chir⁹ ē p̄ p̄niaz veterē hoiez p̄mire. Itē alia glo. Penitētia ē p̄ma
p̄tus. s; beatissima h̄go habuit oēs vtutes. igit̄ p̄niaz. Itē nō obstat
q; nō habuit peccatū. q; dicit Grego. Bonarū mentium ē culpas
agnoscere vbi culpa non est. igitur poterit cōfiteri

¶ Igitur si fuerit cōfessa. quis fuit confessor eius. Et videtur
q; beatus Petrus. q; ordo est inter cōfiteles et cōfessores. igit̄ cū
sup̄ma cōfiteles fuit beata virgo debuit cōfiteri sup̄mo cōfessori et dig
nissimo. hoc autē ē papa. igit̄ debuit cōfiteri beato Petro q; fuit papa

Contra

De p̄nia
Rō prima

Contra p̄mo

De ordinum sacramento.

Contra

Sed contra. superior prelati non debuit se intromittere de administratione sui inferioris. utpote metropolitani sui suffragani. nisi in determinatis casibus. igitur cum beata virgo esset specialiter beata Johanni commissa ab ipso debuit recipere sacramenta

Rō prima

¶ Quinto de sacramento ordinum. ut ista beatissime virginis plenitudo prophetat et illam gratiam que per se sub ordinum sacramento

Evadit quod sic. Ordo ei est ad multiplicandam fidelium spiritualium. scilicet multum peccato spiritualis pertinet ad matrem spiritualem. beata autem virgo est spiritualis mater omnium fidelium. igitur ipsa debuit habere ordinis sacramentum

¶ Item penes ordines distinguuntur in ecclesia dignitates ut patet in papa. archiepiscopo etc. Sed beatissima virgo in ecclesia continet summam dignitatem. igitur et supremum habuit ordinem. Item ecclesiastica hierarchia est ad exemplar celestis hierarchie formata. scilicet in celesti hierarchia dicitur Dionysius omnes superiores habent proprietates inferiorum et excellentius. igitur in ecclesiastica hierarchia sic erit. sed beata virgo in ecclesiastica hierarchia fuit suprema et dignissima persona. igitur habebit dignitates et proprietates inferiorum et sic habebit omnes ordines. Item caracter ordinum est caracter excellentie. igitur potissime meriti ei que omnes creature excellit dignitate. Item apostolus Omnis aia potestati subdita sit sublimioribus. Sed beata virgo nulli potestati humane subdita tenebatur esse. igitur fuit suprema ordine et dignitate. Item cui inest manus et minus poterit inesse. sed magis est quod per aliquem pensum et verbum de carne propria formetur corpus dominicum quam per eius ministerium panis transformetur in ipsum corpus. primum enim facit esse matrem dei. secundum autem ministrum christi. Sed primum in beatissima virgine factum fuit. igitur et secundum fieri potuit. Item si mulieribus pro male dicto impositum fuit quod non sint susceptive sacrorum ordinum. ab hoc maledicto immunis debuit esse que ab aliis mulieribus excepta fuit. eo quod sola inter mulieres benedicta fuit. igitur si mulieres non debent ordinari quia mulier initium peccati fuit. igitur pro oppositum illa ordinari debuit que omnibus principium vite fuit. Item quecumque causa in aliis mulieribus generalis fuit beatam virginem excludit que non de numero omnium fuit sed super omnes fuit iuxta illud Bester. xv. Quid habes bester ego sum frater tuus. et infra Non enim pro te sed pro omnibus hec lex constituta est. quasi diceret tu non es de omnibus sed super omnes.

¶ Iuxta hoc quare mulieres ad sacros ordines non promoveantur. Si dicatur quod hoc est propter originem culpe per eam transmissam. non videtur quod hoc stare possit quia pro illa culpa beata virgo satis fecit. igitur non consurget duplex tribulatio. et deus bis in idipsum non iudicavit. Si autem dicatur quod hoc fit propter sexus indignitatem et naturam. hoc non potest dici. quia maior est indignitas culpe

Primo